



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis
secularium Confessariis**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agrippinae, 1663

Formula faciendi proclamationem pro Ordinando, n. 13.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9994

ordinetam Diaconatus, quam Presbyteratus unica proclamatio & inquisitio fiat, ad deprehendendum eorum fraudes, qui Matrimonii vinculis, aut illicitis pollicitationibus implicati, & ad repellendum eos ab ordinibus majoribus, qui gravioribus forte criminibus involutè subdolè se ingerunt. Quæ inquisitiones eo pertinere creduntur; ut aptius, juxta Pontificale, cohæreant, quæ de testimonio populi, in suscipiendis ordinibus, ex veteri Sanctæ Matris Ecclesiæ consuetudine requiruntur. (a)

(a) Conc. Provinc. Colon. sub Hermanno V. p. I. c. 19. Pontif. Rom. tit. de Ordinat. Presbyt.

XIII. Parochus ergo cum primum resciverit suorum aliquem sacris initiari velle, statim Dominico vel Festo die inter Missarum solennia denunciationem faciat in hanc sententiam, vernaculâ lingua.

Formu-

Formula faciendi denunciations pro
ordinando.

Notum sit Dilectioni Vestræ, quod die N.
Mensis N. fient sacrae ordinationes in Ecclesia
N. quodque N. N. filius N. Deo adjuvante
intendat suscipere sacrum Ordinem N. titu-
lo perpetui beneficii Ecclesiastici valbris anni
quadraginta Dalerorum Colonensium, quod
sub invocatione seu ad Altare S. N. in Eccle-
sia N. loci N. Canonice, verè ac pacifice,
absq; ulla lite seu vitio obtinere dicitur. Qua-
propter admonemus omnes ac singulos, tam
hic præsentes, quam absentes, ut si quis sciat
aliquem defectum vel quodvis aliud subesse
impedimentum, propter quod ille N. non de-
beat prædicto sacro Ordine N. initiari, vel
sciat illum non legitime, vel non pacifice be-
neficium supradictum possidere, aut annuos
ipsius beneficii redditus & obventiones quo-
tannis ad quadraginta daleros Colonenses
non accedere, hoc ipsum quamprimum Re-
verendissimo Domino Episcopo Ordinatori,
vel mihi indicet, idque admonemus primò,

si

si fuerit prima; vel secundò, si fuerit se-
cunda, vel tertio, si fuerit tertia denun-
ciatio.

Si ordinandus sit aliquis absque titu-
lo beneficii, omittantur in prædicta for-
ma, quæ faciunt mentionem beneficii.

Formula testimonialium per Pasto-
rem loci dandarum super denun-
ciationibus factis pro Or-
dinando.

XIV. Vniversis ac singulis ad quos spe-
ctat notum facio, atque tenore præsentium
testificor ego subscriptus Pastor Ecclesiæ Pa-
rochialis N. loci de N. Coloniensis Diœcesis,
quod die N. Mensis N. Anni N. inter Missa-
rum solemnia, dum frequens adesset popu-
lus, denunciaverim N. filium N. aspirare ad
Sacrum Ordinem N. ad titulum perpetui
beneficii Ecclesiastici, valoris anni quadra-
ginta Dalerorum Colonensium, quod sub
invocatione seu ad Altare Sancti N. in Ec-
clesia N. loci N. Coloniensis Diœcesis Cano-

nice,